

# Ad Clarissimum Dominum

## AUTHOREM.

**S**alve mi MICHAEL CRÜGNERE gravis, pie, salve  
Sincero, stabili, juncte favore mihi.  
HOLMIA Svecorum me suscipit alma diebus  
His, quibus est à te reddita missa salus,  
Scripta salus DRESDÆ mihi redditur HOLMIÆ amici  
Quo nullus totò charior orbe mihi,  
Grata, jucunda fuit valdè mihi, dulcis amice  
Illa salus certè, grata, jucunda fuit,  
Ritè tua studiis mihi factis artis apertis  
His etiam studiò cogor adesse meo  
Cogor eò, tibi fido fidus amicus amico  
Quò sum devinctus, junctus amore semel,  
En adsum lubens, en adsum mente serena /  
Sed vili, tenui, quò scio nempe metro,  
O utinam valeam dignos ornare labores  
Dignius, ornandos dignius esse reor  
Sit sua laus aliis edunt qui chymica luci  
Illorum major laus tua laude niret,  
Tu falsos Chymicos confundens arte potenti  
Ostendis verum sub ratione bona  
Naturæ monstras etiam per magna secreta  
Nescia quæ magnis ante fuere viris  
Quanto magis præstas, tanto majus tibi nomen,  
Præ reliquis celebris MICHAËL inde venit.

Suffi.